

93.

1316, *Agosto* 1.*Giust. Gustiniani licenziato dal bailato.*

Quod nobilis vir Justinianus Justignano Baiulus Armenie absolvatur ab ipso baiulato, ita quod receptis litteris ducalibus de dicta absolutione possit venire Venetias, et quod statim juncto suo successore illuc ipse statim sit extra regimen, et non habeat ultra salarium aliquod. [Clericus, 50, t^o].

94.

1316, *Agosto* 31.*Commissione al nuovo Bailo* 31.

Quod Baiulo Harmenie possit committi quicquid videbitur Dmo et Consiliarijs cum consilio Rogatorum, et si committetur ei possit eidem per dictum Consilium Rogatorum provideri, sicut videbitur pro expensis. [Clericus, 57 t^o].

95.

1316, *Settembre* 5.*Regali al Re d'Armenia.*

Quod Baiulus eligendus tenaatur respondere per totum diem sequentem diem quod ei dictum fuerit, vel stridatum ad domum, et ire cum istis galeis, que nunc vadunt ad illas partes. Et si, etc.

— Quoniam forte posset esse quod videretur de mittendo nunc aliqua dona domino Regi Harmenie, Capta fuit pars, quod Dms, Consiliarij et Capita possint super hoc facere fieri cum consilio de Rogatis et XL, sicut eis videbitur. Et si Consilium est contra, etc. [Clericus 58].